

Extraord.

N. 0 20
N. 8. 21

1^{er} Semestre de 1816.

2-9

Inter hujus Academiae socios à
vigesimo primo Calendas Septembris anni
Labentis cooptatus, Eruditissimi socii,
potius ob discendi aviditatem credo
me à vobis fuisse electum, quam ob
ingenii sive culturam, sive doctrinam
quas sentio quam sint exiguae.

Quare exinde meum munus
adimplere pro viribus conatus
sum. Quod si, ut notis, rege infeli-
citer praesenti, amplitudo scientiarum
quibus Medium ornatum esse
oportet, tum ignorantia, quae me
undique premit in causa fuerint.

Verum haec me à nota cu-
juscumque non liberabunt. Cuius-
cumque dicentis, expectationem
Academiae nostrae satisfecisti, quae à te

2
jam dudum aliquid ad eam Histo-
riæ Naturalis partem, quæ Botanica
dicitur, quæque vegetabilium per-
crutatur pertinens requirebat. Sed
licet vero, ecce præsto sum, sociorum
dendria complecturus. Adjunctam
Herbarum collectionem vido qualem
tum à me, tum ab amicis cumu-
lare poter.

Atque plantæ ibi inveniuntur,
quas ego Adriati maris distractus
curis collegi, sive in agro sive in Re-
gio Horto, item Australium Provin-
ciarum indigenæ, plurimæ, tandem
exotice nonnullæ sub alio calo na-
te, quibus omnibus locis meis
dignissimi paratur materia natu-
ram, si voluerint, scrutandi, pulcher-
rimum plantarum scientiam co-
lendi.

Adiungunt præterea nonnullæ

et vires medicas à professoribus
cognitæ et commendatæ, quarum
notitia et virtutes negligi omnino
non debent. Inter alias Aristolos
quia Longa, Citina, Hipocistis,
Gentiana Candabagua, Mente,
Species tres usitatissime, Cisti va-
riæ, Passerina Flanuta aliæque quor-
undam. Vos enim earum elenchum
legentes facile agnoscitis eas
quas unus Medicus ex longo tem-
pore tractus commendavit.
Oportet quidem Medico cuique
eas non solum videre, sed probe
cognoscere quas in remedium ad-
hibere aliquando tenetur. Bru-
ditioni quidem veritæ et iudicio
ingens fieret injuria si in suaden-
da re adeo clara et omnibus
nota immerarer.

Equidem in ipso catalogo

4
plantarum cogitaveram de
earum viribus aliquid adicere, sed
deinde animadverti id potius ad
materiam medicam quam ad or-
dinationem et notitiam vegeta-
bilium pertinere. Ceterum vos,
eruditissimi viri, vos ipsos com-
pello ut serio cogitetis quanti-
sit Medicis omnibus remedia
omnia sive a vegetabilibus, sive
aliunde sumpta sint, sive certa
sive dubia, sive falsa sive super-
stitiosa sive at perfecte cognita
et distinguere, ut ei uti vel non
uti sicut oportet possint cum de-
beant. Ego certe hoc ipsum esse
Medicum semper gustavi, prete-
rea nihil. Cum noverim aut
sepe aut semper experientia
potius quam discum et ratione

5
duci manum Medicatricem. No-
tur ego plantis, simulque forma
earam, virtutes et proprietates, ut
in omnibus recte et opportune appli-
cationi mandari possint.

Nunc vero quoniam ut videtur
in ordinandis plantis sistema ali-
quod amplectendum sit, dearevi ce-
leberrimi Cavanilles doctrinam se-
qui. Licet enim clarissimi Linnei
sistema fere ubique obtinuerit,
maximèque plausu ab omnibus ve-
reatur, ego tamen in Matritensi
schola educatus sub profesore opti-
mo D. Lagasca ubi nostri Cavanilles
memoria in pretio jure ac merito
habetur, tantorum virorum vesti-
gia premere non dubitavi, ut

6
de Hispaniæ vestre decore non
desitam. Vobis quoque ipso gratissimum
futurum me a vestrorum documen-
tis non desine.

Sancte itaque tenuitati ingenii
atque laboris ejus, qui plura et per-
fectiora vestre eruditionis offerre
vellet, meque vestris dilucidatis lu-
cubrationibus juvate, ut ad opti-
mum perfectionis gradum scientia-
rumque medicarum culmen pervenire
eodem vestro benigna favore per-
venire. Dixer. Die 26. Aprilis anni

1816.

Inventa